REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 80r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

iunxi. Num quam in melius mutaui mores. num quam a malis factis
recessi. Plurimos quam maculaui. me perdens. plurimos prauis moribus
iniquitate peruerti. Scelere meo. multe animę perierunt. exemplis
uitę meę. multi subuersi sunt. ego multis causa mali extiti. Orate pro
me addnm uiri sci. obsecrate prome plebs omis scorum. Si forte miserea
tur mihi ds. si forte recipiat me. si forte delet peccatum meum. si for-
te auferat iniquitatem meam. si forte misericordiam prestet mihi. Irat
est enim sup me nimis. compleuit furorem suum in me. implorate prome
omis chorus scorum. Effudit iram indignationis sue sup me. propter
multitudinem iniquitatis meę. Quia creuerunt aduersiones. quia multi-
plicatę sunt preuaricationes. Ve mihi quia consumptus sum. ue mihi
quia defecit anima mea. Afflicta merore. contrita luctu. extenuata
gemitu. RATIO Quis miserebitur tui anima ds Quis consolabitur
te ds Quis dabit lamenta prote ds Magna est sicut mare contritio tua.
afflictio tua sicut pelagus seuiens. dolor tuus quasi fluctus tumens.
Que tempestas non inruit sup te ds Que procellę non acciderunt tibi ds
Omis moles molestiarum. omnes turbulentissimę tempestates sup tuum
capur intonuerunt. Plena es fluctib. plena es tempestatib. anima. HOMO
Vbi es custos hominum ds ubi es animarum redemptor ds vbi es pastor ds cur
spreuisti me ds cur auertis faciem tuam a me ds Ut quid longe factus es
a me. consolator animę meę ds Reuertere iam ds mis. non me obliuiscaris
in finem. non me in perpetuum deseras. non me in potestatem perdendum
demonum derelinquas. Licet offensa sit gia. tu autem clemens. tu pius. tu
multum misericors. Nullum relinquis. nullum spernis. nullum detestaris.
nullum recusas a misericordia. sed ultro ferens clementiam. Peccantes expectas
ut redeant. Quanti enim scelerati. quanti luxuriis dediti. quanti concupiscen
tiis seculi. saginati bonitate tua. ad indulgentiam peruenerunt. Multis
non merentib. gratis peccata donasti. Ostende quam in me clementiam tuam.
pateat quam mihi uenia. pateat indulgentia. Non abnegas uni. quod plurimis est
consolatus. Scelera mea non defendo. peccata mea non uindico. Displicet mihi qd
feci. displicet mihi quod peccaui. Errorem meum confiteor. culpam meam agnosco.
voce confessionis aperio. Suscipe quęso clamorem confitentis. adtende uocem pre
cantis. audi uocem peccatoris clamantis. Peccaui. ds miserere mei. peccaui ds pro